

Sigismundus Rex Poloniae Maximilia-
no Imperatori pro agendo Vienna personali
Conventu. Dat. Posonii die 7. April. Anno 1515

Ex Archivo Regni.

172

Reverendissimo Principi Domino Maximiliano divina favente
clementia Electo Romanorum Imperatori, semper Augusto, et
Archiduci Austriae etc. Fratri, et consanguineo suo charissimo,
et observandissimo Sigismundo eadem Gratia Rex Poloniae,
Magnus Dux Lituaniae, Russiae Russiaeque etc. Dominus et
Averes Saluteus et felicitateus. Reverendissime Princeps, et Do-
mine Frater et Consanguineus noster charissime, ac honoran-
dissime. Scimus vestram Maestatem non ignorare, Reverendissimi
Fratris nostri Domini Hungariae, et Bohemiae Regis Consilio
confectum esse, ut ad praesens tempus adventum hunc nostrum
maturne non differemus, ut cum vestra Magestate una con-
venientes opera eiusdem Reverendissimi Fratris nostri Domini
Hungariae Regis, id iurivimus ageamus, ut de positis simul-
tatibus et latentibus quibusdam odiis nulla forte iusta
causa suscitatis, et exortis, in gratiam redeamus, revocatoque
et renovato inter nos pristino amore ex patrum, et utrumque
sanguinis vinculo nobis utriusque debito, omni cura, et stu-
dio evitamus, et elaboramus, ut de Republica Christiana
coniacentis vivibus, et Consiliis bene mereamur. Nos quidem
postea aquano ab ipso Reverendissimo Fratre nostro hac de re
certiores facti sumus, magnis licet terrarum inter vallis
disiungeamur, atque in eo bello epemus, quod cum hoste

potentissimo de summa rerum gerimus, exempto tamen
omnes cogitationes nostras ad id deflectendum non du-
bitavimus, ut sua Reverentatis voluntati in hoc movendo
reveremus: vati ex hoc consensu nostro, congressu id
nasciturum esse, quod eidem Reipublice christiane bonum,
felix, et sanctum sit futurum, nostrumque singulis, et Familia
nostra honorificum, et gloriosum. Certissimum autem spes
habemus, si Maiestas vestra animum ad id appellere volue-
rit, ut cum ipso Reverentissimo Fratere nostro, et itum nobis
cum consanguineis suis, congregari, uti speramus, digna-
bitur, multa esse hinc ventura, quae congressum ipsum
nostrum celebrem, longoque tempore memorabilem sicut
effecturam. Ea vero, quae et qualia sunt futura, existima-
mus opere pretium non esse literis explicare, cum vestra
Majestas ea (quae sua sapientia est) per se non
ignoret. Ut igitur adventum ad nos suum maturare
dignetur, etiam adque etiam rogamus. Veniet enim
Majestas vestra expectatissima, cuius adventu multa
quae noxia sunt futura, conquiescent, multaque rebus
utilia, et honesta sument parturiendi iurium, non multo
post uberimum proventum optimarum rerum pa-
vitura. Cupimus vestram Majestatem, felicem, et incolu-
men vivere, Cujus favori nos plurimum commendamus.
Datum Borovii septimo Idus Aprilis Anno Domini
1515 Regni nostri Anno nono.

Comitio proprio
Regie Majestatis.